IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Seite 161
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

epistola IVDE designatur: qua septem canoni
carum epistolarum perfectio consummat.
Ciuitates tres cum suburbanis suis dantur leui
tis: qua epistole due IOHANNIS. et una IVDE.
fidem spem et dilectionem commendantes.
et hereticorum falsitati obluctantes: cum al
legoriis et moralitatibus suis aperiuntur. XVI
electis. De tribu neptalim que latitudo dici
tur: quia intelligentia harū scripturarum.
de illa societate superiorum ciuium tribu
tur: que tota latitudine uere dilectionis
extenditur. Omnes urbes familiarum ger
son. tredecim cum suburbanis suis esse dese
buntur: quia sanctarum scripturarū muni
tiones. que illis in possessionem dantur: qui
se pegrinos et exules huius mundi esse lam
tantur: cū allegoriis et moralitatibus suis. fi
dem sancte trinitatis protestantur: que p ter
narium exprimitur: et reformationem homi
nis que p denarium intelligitur: in q̄ ima
go regis exprimitur. SEQVITVR.

FILIIS autem merari leuitis inferioris
gradus. p familias suas de tribu habu
lon data est iechanam. et charta. et dimona.
et nadalon. ciuitates quatuor cum suburbanis
suis. et de tribu ruben ultra iordanem contra
iericho. ciuitatem refugii bosor in solitudi
ne. misor. et abez. et gelon. et maspha. ciuita
tes quatuor cum suburbanis suis. et de tribu
gad ciuitatem confugii ramoth in galaad. ma
nanam. et esebon. et gabez ciuitates quatuor
cum suburbanis suis. Omnes urbes filiorū me
rari. p familias et cognationes suas duodecim.
Itaq; uniuerse ciuitates leuitarum in medio
possessionis filiorum israel fuerunt quadra
ginta octo. cum suburbanis suis singule
per familias DISTRIBVTE.

RECEPSITIS Veteris ac noui testamen
ti libris. PAVLVS hic nobis cum suis epis
tolis. quasi beniamin adolescentulus. cum tre
centis argenteis. et quinq; stolis optimis occur
rit. quem p sue predicationis eminentia. in to
ta fere ueteris testamenti pagina. spiritus scs
speciali honorificentia describit. Proinde soli
ei duodecim urbes hic asseribuntur. que filiis
merari deduersis tribubus distribuuntur:
filiis g merari leuitis possessio DATVR.
quia his qui salubri cordis amaritudine sau
ciantur. celestium mysteriorum cognitio do
natur. P familias suas. p interiorum et exte
riorum sensuum partes. sapientie luce pspi
cuas. Iechenam possessio ppli interpretatur:
p quam scriptura PAVLI designatur: qua
populus gentium ad possessionem regni uo
catur. Cartha. pfectionem pfiet dicitur: quia
ipse PAVLVS suis stipendis militans. predica
torum omnium metas sua pfectione supgre
ditur. Dimona. satis numerans uel sublimitas
interpretatur: quia ipse PAVLVS. p sublimita
tem sue predicationis. dum omnibus omnia
fieri festinat. sapientes et insipientes. iudeos et
gentes in sortem filiorum dei annumerat. Na
alon. ascensio dicitur: quia scriptura PAVLI.
cunctis credentibus scala regni celestis efficit.
Ciuitates quatuor cum suburbanis suis dantur
leuitis: quia epistole PAVLI. quatuor sacram
ta XVI declarantes. et prudentiam. iusticiam.
fortitudinem. et temperantiam docentes. per
uetam intelligentiam aperiuntur electis. cū
allegoriis et moralitatibus suis. Hic de tribu
habulon dantur: qui habitaculum fortitudi
nis interpretatur: quia intelligentia episto
larum PAVLI. in ministerio celestium spiritu
um ad terras deportatur. qui in habitaculo